PALINVRVS

At tándem, tandem . . .

PHAEDROMVS

Tándem es odiosús mihi.

PALINVRVS

Istúc quidem nec béllumst nec memorábile:
Tuté tibi púer es: laútus luces céreum.

PHAEDROMVS

Egone ápicularum cóngestum opera nón feram,
Ex dúlci oriundum mélculo dulcí meo?

PALINVRVS

Nam quó te dicam ego íre?

PHAEDROMVS

Si tu mé roges,
Dicam út scias.

PALINVRVS

Si rógitem, quid respóndeas?

---

hoste] vocatur qui iudici causa est constitutus cum peregrino. . . . . . Plautus in Curculione: 'Si . . . . dies, tamen . . . . imperant ingratis' *Servius ad Aen. IV v. 424:* Nonnulli autem iuxta veteres hostem pro hospite accipiunt. Plautus in Curculione: 'Si . . . . dies'
Macrobius Sat. I 16, 14: [dies] stati, qui iudicii causa cum peregrino instituuntur, ut Plautus in Curculione: 'Si . . . intercessit dies' *Cf. Gell. XVI 4, 4; Placidus p. 16, 11 ed. Deuerl.; Cic. offic. I 12, 37; Fest. Pauli p. 39, 1* 10. *Priscianus I p. 107, 13:* apes, cuius diminutivum pro e longa i habet 'apicula'. Plautus in Curculione: 'Ego nam apicularum opera congestum non feram'. *inde Osbernus (Mai, class. auct. vol. VIII p. 37):* 'haec nam apicularum opera comesta non feramur'

---

imperat *libri* ingratus *EJZ* 7. *Person. add.* B^2, *Angelius. om. EJFZ* *Phaedr. person.* (A) *add.* B^2 *in ras., Angelius, pro quo Palinurum substituunt EJFZ* michi *J* 8. *Person. add.* B^2. *Angelius. om. JFZ* bellum est *libri* 9. tu te *E* tibi (ti *ex corr.*) *B* pueres *E.* puerus *vel* puere *Scaliger* daucus *mire Scaliger* es: lautus luces *primus Acidalius, cum antea* es lautus: luces *interpungeretur cum B* 10. *Person. add.* $B^2 E^3$. *om. JF* egon *libri.* ego nam *Priscianus* congestum opera *Bothius.* opera congestum *libri. Priscianus.* opera hoc congestum *Muellerus Nachtr. p. 124* 11. ex melle *Loewius* melculo *Bothius.* melliculo *libri* 12. *Person. add.* $B^2 E^3$. *om. JF* irae *J* *Person. add.* E^3. *om. BJF* 13. *Phaed. pers. praem.* B^2 scias *ex* sciam *E* *Person. add.* E^3. *om. BJF* sirogitem *B*

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id416604943/32 UNIVERSITÄT LEIPZIG